



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

34. An licitum sit permittere alicu us peccatum, ut melius corrigatur? Et an liceat differre correctionem eo sine, ut proximus oppressus peccatis ferventius resipiscat, propriam miseriam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

# De Correctione Fraterna Ref. XXXIV. 299

& adeo spes fructus: præsertim cùm ille respectu  
meæ correctionis in particulari non sit in magna ne-  
cessitate, cùm aliis modis, si velit, possit facile iu-  
nari: & cum multorum aliorum bonorum exemplo,  
& vitorum reprehensionibus factis à Concionatori-  
bus non iuuet, vix poterit esse probabilis spes,  
quod mea correptione emendaretur, si ego me prius  
emendarem. Confirmatur, quia pauper, eti dili-  
gentius laborando, & parcus vivendo, posset faci-  
le acquirere diuitias, ex quibus daret elemosynas;  
tamen ad illud non tenetur in communione aliorum ne-  
cessitate: quia non tenetur huiusmodi proximi ne-  
cessitate satisfacere modo nobis ita difficult: ergo nec  
pauper spiritualiter tenetur laborare vt habeat spiri-  
tuales diuitias, vt ita communem necessitatem spiri-  
tualem patientibus det elemosynam spiritualem.  
Probat copientia, quia sape peccatori difficil-  
ius est vitam suam corrigerre, quam esset illi extra-  
ordinarie laborare, ac parcius uiuere. Nec refert,  
quod peccator tenetur sua vita corrigerre, quatenus  
hæc repugnanti legi Dei, & naturæ: quia inde non  
sequitur, cum ad hoc teneri in gratiam proximi cor-  
ripiendi, & hic solum contendit eum sub hac ratione  
non teneri.

3. Dixi, si alium non pertraxit ad peccatum,  
&c. Quia is qui alium ex se non peccaturum & à vi-  
tius alienum suo malo exemplo ad flagitosam vitam  
pertraxit, singulariter obligatur ad illius emenda-  
tionem laborare; atque adest si eum putet aliter non cor-  
rigendum, tenetur etiam eius causa vitam suam cor-  
rigere, quia tunc semper præsumendum est, quod  
alter pergit eius exemplo ad peccandum moueri,  
quandiu ipse vitam suam non corrigit: nam alius vix  
potest fieri: vt hic probabiliter credit eum emen-  
dandum, si ipse prior suam vitam emendet, & contra  
non emendandum nisi ipse se emendet. Sed hoc vix  
contingit, nisi in iis, qui magna sunt autoritate  
apud alios, ita vt suo exemplo eos facile in vitramque  
partem mouere possint: qui idem etiam eodem pro-  
cepto, quo uentantur alios scandalizare eos ad pecca-  
tum pertrahendo, obligantur vitam suam saltē exte-  
rius emendare, ne alii scandalo sint eos in peccato  
continendo.

4. Dixi, communiter non obligatur, &c. Quia  
qui omnino crederet proximum in peccato moritu-  
rum, nisi ipse suam vitam emendaret, cūque ita ad  
meliora hortaretur, teneretur ex charitate vel idem  
vitam suam emendare, vt extrellum ab eo malum  
uerteret: sed hoc vix fieri potest, nisi in eo qui est  
summa apud aliquem aueritate, & hunc exemplo  
suo ad peccandum pertrahit, & vix vñquam nisi in  
peccatis contra fidem. Maximè autem tales tenerent  
vitam corrigerre, quando hinc penderet multorum  
emendatio: vt contingit in iis, qui suo exemplo con-  
tinent alios in peruersa doctrina, aut in superioribus,  
præsternit Ecclesiasticis, qui suo exemplo sepè mul-  
tos peruerunt. Sed hi maximè tenentur ad emenda-  
tionem sui ratione scandali, quod alii dant. Hucus-  
que Coninch.

5. Non me verò fugit etiam Turrianum in 2.  
tom. 1. disput. 88. dub. 2. Bañez quaest. 33. art. 5. con-  
clus. 5. Villalobos in summam tom. 2. tract. 4. difficult. 8.  
num. 2. & alios, docere, ob correctionem fratrem  
in calu extremas necessitatibus, non solum Prelatos, sed  
etiam priuatos obligatos esse penitire: Attamen  
hanc doctrinam difficultem esse docet Castrus Palauus  
tom. 2. tract. 6. disp. 3. punct. 7. num. 6. quia peccator  
tenetur admittere correctionem à quoconque fiat,  
principiū in articulo mortis, & ex alia parte corrigens  
sufficienter quid faciendum sit, proponit temperan-  
do humilitate sermonis indignitatem suam. Ergo sa-  
tisfacit, præcepto correctionis, sicuti satisfacit præ-

cepto elemosynæ corporalis, illam tribuens, exi-  
stens in peccato. Item corruptus non potest adverò  
sic corripiens retorquere argumentum, vt seipsum  
curat, cùm facile satisheri possit se corripiendum, &  
emendandum fore, si in simili necessitate esset con-  
stitutus. Facit ergo quantum videtur necessarium, vt  
correctione fructuosa sit, sit verò fructum non habet  
ex malitia correcti, & pon ex defectu corrigentis  
prouenit. Et ita mihi videtur dicendum ratione præ-  
cepti correctionis raro, vel nunquam te; nisi Præla-  
tus sis, esse obligatum penitire; ratione verò  
scandi obligatio esse potest, cum tuo peccato  
& malo exemplo facis, vt alius peccatis inhæreat.  
Ergo, &c.

6. Verum sententia contraria adharet Duwallius  
in 2. 2. tract. de Charitat. quaest. 9. art. 4. vbi sic ait.  
Quares, an qui sunt in peccato, teneantur se emen-  
dere, vt alios fructuose, & utiliter possint corripiere.  
Respondeo primò, Prælatos, & superiores, cùm te-  
neantur, alii media ad salutem necessaria procurare,  
debere se emendare, vt eorum correptione, quæ inter-  
dum est medium necessarium ad alterius emenda-  
tionem reddatur efficax. Secundò dico, alios sim-  
plices Christianos, qui aliorum curam non habent,  
non teneri se emendare, vt salubriter, & cum effectu  
corripiant. Ratio est, quia quod proximus nolit,  
mea correptione se emendare, nisi prius me emen-  
dem, debet sibi imputare, quandoquidem potius  
admonitionem, & correctionem, quæ bona est, quam  
ad personam admonitionem debet attendere. Que  
dicunt, facite, inquit Christus, opera autem eorum  
nolite facere. Aduertendum tamen est, quod si  
proximus esset in peccatis suis moriturus, nisi cor-  
ripiens se emendaret, teneretur ipse se emendare,  
vt eum saluat, quandoquidem plus teneor diligere  
salutem proximi, quæ est in evidenti discriminé,  
quam meas voluntates, & commoda carnis meæ,  
atque etiam aliquod incommodum subire, vel ad-  
monitio, quæ est vicuum illius remedium, reddatur  
efficax. Ita ille.

7. Nota verò quod doctissimus Franciscus del  
Castillo in 3. sent. tom. 2. disput. 6. de corrept. quaest. 6.  
num. 5. ex Galpare Hurtado in casu præsentis du-  
bij distinguit de emenda exteriori, & interiori: ex-  
terior enim, est quadam proprii peccati recogni-  
tio; interior verò est contritio, & penitentia de  
commisso peccato: quia distinctione supposita, afferit  
quod ex vi præcepti correctionis tenetur aliquando  
peccator ad exterioriem emendam, non autem ad in-  
terioriem: Quia aliquando emenda est medium per  
se, & simpliciter requisitum ad utiliter corrigendum  
actiū proximum, sed præceptum finis obligat ad  
media per se. Ergo. Sed non emenda interior: quia  
hæc non noscit, quia occulta est proximo; Ergo.  
Et per hanc distinctionem putant Castillo, & Hur-  
tadus posse reuocari in concordiam sententias oppo-  
sititas.

## RESOL. XXXIV.

An licitum sit permittere alicuius peccatum, vt me-  
lius corrigitur?

Et an licet differre correctionem eo fine, vt proxi-  
mus oprefiat peccatis feruentius resipiscat, pro-  
priam miseriam cognoscendo? Ex part. 7. li. 3.  
Ref. 29.

§. I. Affirmative respondet Castrus Palauus tom. 1. Sup. hoc inf.  
tract. 6. disput. 3. punct. 6. num. 7. & Fil-  
lincius tom. 2. tract. 28. cap. 6. num. 239. Sanchez in  
Opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 1. num. 7. Villalobos eius not.  
in

in Summatom. 2. tract. 4. difficult. 3. num. 6. vbi sic ait: Adverterse que seria licito alguna vez permitir que alguno caya en peccado, quando se entiende, que con esso se corrigra mejor viendo que le cuesta caro: la razon es, porque la correccion fraterna se hace por la emienda del hermano, y asy se deve hacer quando a el le esta mejor, como dicen Soto, y Aragon. Maseno por esso es licito dexerle caer en nuevos peccados, para castigarle: porque esso no es del injuzio humano, sino del divino. Ita ille; & post illum Trullench in Decalogum tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 18. vbi etiam sic ait: Similiter licet differre correptionem, ea intentione, ut proximus commissione multorum peccatorum feruentius resipiscat, si non est spes probabilis altera vera emendationis: quia sic tantum permittimus peccatum, ut proximus non resurgat, ut postea relurgere possit feruentius, in modo non tam permittimus peccatum, quam ut proximus non resurgat; quod possumus facere sine peccato. Vide Filliucium tract. 28. cap. 6. question. 7. Hoc autem limita cum Ledesma sup. conclus. 11. vers. La ultima condicōn, nisi timeatur calurum in grauiissimum peccatum, verb. g. communicatorum in peccato mortali. Vnde licet in peccatis permittere farta miseria, ut propter illa pœnas dantes, à gravioribus absineant, Huicque Trullench.

2. Non desram tamen hic apponere verba Francisci del Castillo in 3. sentent. tomo 2. diff. 6. de Corrett. question. 4. num. 10. ita affectus: Non licet differre correptionem eo fine, ut proximus opressus peccatis recipiat miseriam propriam cognoscendo, ut vuln. Sotus, quia licet Deus sic aliquid permittat, ut postea ipsum auxiliando, à peccatis eruat; tamen hoc nobis non licet, quia neque præbere possumus auxilia efficacia sicut ipse, & misericordia non patitur fratrem relinquere iniquum in peccatis, etiam si suscipio quid resurgent de futuro. Ita ille.

## RESOL. XXXV.

An statim adhibenda sit correccōn? Ex part. 7. tr. 3.  
Ref. 30.

§. 1. **R**espondeo cum Dunalio in 2.2. D. Thom. tract. de Correctione, quest. 9. artic. 3. in corrección fraterna adhibendam esse considerationem circumstantiarum loci temporis, & ceterarum eius generis: cum enim correccōn habeat rationem medicinae, locus, & tempus ad illius applicationem necessariō sunt obseruanda: cum satis constet homines aliquo tempore, & loco esse magis, quam alio ad emendationem dispositos: & sic prudenter, & laudabiliter non nunquam differunt.

2. Et ideo Trullench, in Decalogum tomo 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. num. 8. assert in correccióne attēndandam esse opportunitatem temporis; id est, quid frater ex tempore corripiatur, quo creditum illum ex nostra correccióne, non amplius peccaturum. v. g. quando peccator iam est expertus suam imbecilitatem, & illum peccati quasi tædet. Vnde quando creditur affutura maior opportunitas, vel speratur maior utilitas, licet diffrerit correptionem. Propterea proximus dum ira feruet non est corripiendus, sed expectandus donec eam deposuerit.

3. Recē igitur Villalobos in Summa tom. 2. tract. 4. difficult. 3. num. 5. sic ait: La tercera circunstancia es, que aya oportunidad, assi de tiempo como de persona, Porque no luego que se comete el delito se ha de corregir, que quica el error sin esso se

emendará, y es tambien necesario que se le pefia colera, o passion, que de otra manera aprobacharía poco. Ni tampoco ha de corregir qualquiera persona, auerdo otra que lo pueda hazer mejor: porque si ay Prelado, Maestro, pariente, o amigo, que haga, esso lo acuerde hazer, y pedirles que lo hagan. Mas si fueren negligentes, qualquiera estara obligado. Y tambien se ha de aduertir, que se haga la corrección con mansuedumbre, blandura, y buenas palabras, conforme a lo que dice San Pablo Fratres preoccupatis sit homo in aliquo delito, qui quis rituales estri bususmodi corrige in spiritu lenitatis. Aunque alguna vez seria necesario tener a guarda el que huiiese de hazer la corrección, fuesse Superior. Sic ille; cui adde Castrum Palatum tom. 1. lib. 6. disputat. 3. punt. 6. numer. 6. Caspensem in Confessio Theolog. tom. 2. tract. 17. disputat 6. fid. 1. numer. 12. Filliucium tom. 2. tract. 28. cap. 5. n. 116. & alios.

4. Iguit ad decernendum quando licitum sit correptionem fratris differre, aut etiam omittere, quando verò illicitum, & peccatum mortale vel veniale, notanda sunt lectiones. Primum est, quando ex dilatatione correptionis timeretur in intermedio tempore lapsus fratris in peccatum mortale, aut prius mors corporalis in peccato mortali, aut ciuidad vel reipublica, vel etiam terra persona detinente, notabile, quod viari posset ipsa corrección fraterna: peccatum de le mortale illi cum differat, cum id fiat contra charitatem in materia gravi, secundum est, quando nihil prædictorum uneretur, si correccōn in aliud tempus differretur sine causa, nam dilatationem de se non est peccatum pliqueat veniale: quia non fit cum graui Dei, vel proximi iniuria. Tertium est, si nihil iam dictorum videntur, & aliqua iusta de causa iudicetur tempus opportuno expectandum est: dilatationem non modo licitam, etiam debitam esse posse: ut quando multum se in expectare aliud tempus. Id relinquitur prudenter arbitrio. Et hæc omnia docet Reginald. tom. 1. lib. 4. 3. numer. 345.

## RESOL. XXXVI.

An teneamus sepius ad correctionem? Ex part. 7. tr. 4.  
Ref. 32.

§. 1. **R**espondeo affirmaticè, & ideo Trullench in Decalogum tom. 1. lib. 1. cap. 5. dub. 14. n. 4. sic ait: Quid si viterius queras, quoties proximus corripiendus sit. Respondeo breuiter, toties concordum est, quoties speratur utilitas arbitrio prudenter. Ita ille, qui citat Silvestrum & Sotum; quibus ergo addo Petr. a S. Ioseph. in idea Theol. mor. lib. 1. c. 10. Ref. 7. vbi docet post admonitionem secretam, lēmel vel plures factam quandom spes probabilitate habetur de correccióne per lecretam admonitionem procedendum est. Vnde Sanchez in Opuscul. tom. 2. lib. 6. capit. 2. dub. 7. numer. 11. docuit quid ut monitio secreta non prodefens dicatur, non tatis est, vt lēmel fiat & nec profit, sed oportet iterum, aque iterum fieri, quandiu speratur correccōn per illam: non tamen est necesse expedire tempus longissimum, sed ad arbitrium boni vivi. Et ita docet Malerus in 2.2. question. 33. articul. 7. & Nauera de resist. lib. 2. cap. 4. numer. 264. & Fagundes in Praecept. Eccles. tom. 2. lib. 4. cap. 3. numer. 31. & alij.

RESOL.